



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vniversalis Historiæ Ecclesiasticæ Medvlla**

**Pareus, Daniel**

**Francofurti, 1633**

Theologi Præcipvi Romanæ Papisticæ synagogæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64973](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-64973)

Stephano Szegedino, Paulo Thurio, Caspare Caroli, Petro Melio, Valentino Helleopeo, Matthæo Scaricæo, Thomæ Fabricio Tholneſi, & pluribus aliis.

Ac ne plures in medium producam, Polonice certe Ecclesiæ non sine grata commemoratione hodieq; commemorant, tum Generosum illum virum Ioannē à Laskavv, Comites à Gorikavv, & Dominos Osolinios, qui doctrinæ Evangelicæ vel ornamento, vel præsidio fuerunt: tume-grios Theologos, Erasmus Gliznerū, Georgium Israel, Ioannem Laurentium, Balthasarem Buchnerum, Ioannem Turnouium, alios, qui doctrinam Evangelicam fructuose populo tradiderunt.

### THEOLOGI PRÆCIPVI ROMANÆ Papisticæ synagogæ.

**I**Am inde à tempore Reformationis Ecclesiæ rum, rem regnumq; Pontificum, summo conatu, acerrimo desiderio, nō vulgari aut mediocri doctrina defenderunt, Iohannes Eckius, Iohannes Roffensis Episcopus, alias Fischerus, Thomas Caietanus, Thomas Morus, Iohannes Faber, Iohannes Cochlaeus, Ambrosius Catharinus, Albertus Pighius, qui omnes scripserunt aduersus Lutherum. Ii vero potissimum munus suum ornarūt, & reliquos fere omnes longo post se interuallo reliquerunt, qui in hac causa studiosissime iam annos aliquot versati sunt, recentes Monachi, subtileis Theologi, disputationes vehementes, ac pertimescendi, quos noua ac præteritis seculis inauditæ societas Iesu, ad Ecclesiæ

clesiæ Religionisq; Christianæ calamitatem e-  
dedit. Cum n: post illam atram, mortiferā, fune-  
stā papisticæ superstitionis, & Antichristianis-  
mi diuturnam noctem, lux Evangelii clarissima  
atq; iucundissima, nonnullas orbis Christiani  
partes radiis suis illustrasset, atq; ad intuendam,  
admirandam, retinendam hoīes conuertisset, ac  
incredibili delectatione permouisset, repete ex-  
orti sunt ii, qui hāc sibi ingratā, suisq; rebus ini-  
micam atq; inutilem lucem fumis pestiferis ob-  
scurarēt, eiusq; nobis, si posset, adspectū eripe-  
rent. Reliqui Monachi, ex instituto & more tē-  
porum superiorū, otiosi fere atq; inertes, nec tē-  
pus in lectione & studio optimarū scientiarum,  
sed in horis quibusdā, quæ nihil aut eruditio nis,  
aut religionis habent, ad clepsydrām repetēdis-  
consumebant: Iesuitæ vero longe aliud consiliū  
sequuti, ex illa umbra pigritiæ, inertiaeq; pristi-  
næ, in qua cæteri monachi consenescere solebāt  
ad labores capessendos, artes tractandas, pro cō-  
muni statu subeundā perferendamq; cōtentio-  
nem, prodierunt. Intellectum n: est, nec omnino  
amplius stare rem Romanā posse, q̄ passim a vi-  
ris maximo ingenio ac doctrina p̄æditis peii-  
culosissime concussa, labare in multis partibus,  
atq; inclinari c̄episset, nisi à doctis, iisdemq; na-  
uis industriisq; hominibus defesa atq; sustēta-  
ta. Nā vt domus ruinosa, nisi adminiculis firmis-  
atq; recentibus indies fere fulta fuerit, repente  
tota corruit, & cōquassatur: sic Rom. Synag. nu-  
tanti, ruināq; minitāti, & misere labefactatę, atq;  
dissoluz, nouis quotidie opus esse sustētaculis.

T 3

ac

ac compagibus animaduerterunt, sine quibus nullam posset aut dignitatem, aut statum, tam vehementer oppugnata atq; impulsa, retinere. In quo tamen nunquam poterunt sic imminenter sibi calamitatem depellere, seq; ab interitu liberare, quin, quemadmodum ædes convulso fundamento, parietibus perfossis, disiectis lacunaribus, nulla parte incolumes, quantumuis multas fulcrorum machinas adhibeas, stare tandem diu nequeunt: sic illa ruinarum plena Ecclesia, in qua non rectum, non columnæ, non fundamentum saluum remanet, nulla integritas, nulla firmitas inest, præceps tandem cum pernicie multorum collisa concidat.

Hos inter Iesuitas magnum & celebre nomen obtinuerunt: Petrus Canisius, Gregor. de Valentia, Robertus Bellarminus, Pontificius in Collegio Romano, Thomas Stapletonus, Regius in Schola Duacena controversiarum Professor, Iacobus Gordonus Huntlaeus, Scotus: Iacobus Gretserus, Martinus Becanus, Nicol. Serarius, Iohannes Maldonatus, Franciscus Suarez, Adamus Contzen, Maximilianus Sandæus, aliique infiniti.

F I N I S.

INDEX